

CONTRA HERESES IOVINIANI LI. II. EPISTOLA .VI.

capitem; paulatim fessis & languētibus portus aperitur. CAPITVLVM .XLIX.

Diximus de nuptijs; viduis; virginibus. Viduitati virginitatē; viduitatē praeuulimus matrimonio; Exposita est ἡ ἑπίκοσι id est; concilio apostoli; de huiusmodi quaestio-
nibus disputans; singulis opinionibus responsū est. Saecularis quoque; literaturauent
in mediū; quae virgines fuerint; quae vniuerſae; & e contrario quas interdū habeat molestias vincu-
lum cōiugale. Transiuimus ad secundā partitionē; in qua negat eos; qui tota fide baptisma con-
secuti sunt; deinde posse peccare. Et docuimus quod excepto deo omnis creatura sub vitio sit; non
quod vniuersi peccauerint; sed quod peccare possint; & similiū ruina statū metus sit. Tertio venimus
ad ieiunia; Et quia aduersarij duplex propositio fuerat; vel ad philosophos; vel ad diuinarū scri-
pturarū; puocantis exempla; nos quoque; ad vtrancque; respondimus. Quarta est extrema diuisio
oues & haedos; dexterā & sinistrā; iustos & peccatores; in duos ordines distribuerat; volens offen-
dere nullā inter iustū & iustum; peccatorem & peccatorem esse distantia. Et ut hoc probaret; infinita de
scripturis exempla cōgesserat; quasi suo sensui cōgruentia; cuius nos quaestioni & argumentis
& exemplis respondimus scripturarū; veterūque; Zenonis sententiā tam cōmuni sensu quā diuina le-
ctione cōtriuimus. Nunc restat ut Epycurū nostrū sudantē in hortulis suis inter adolescentulas
& mulierculas alloquamur; fauent tibi crassi; nitidi; dealbati. Adde si vis iuxta Socraticā irrisio-
nem; omnes sues & canes; & quia carnem amas; vultures quoque; aquilas; accipitres; & bubones
nunquā nos Aristippi multitudo terreat. Quoscūque; formosos; quoscūque; calamistratos; quos cri-
ne cōposito; quos rubētibus buccis videro; de tuo armento sunt; imo inter tuos sues grūniunt;
de nostro grege tristes; pallidi; fordidi; & quasi peregrini huius saeculi licet sermone taceant;
habitu loquuntur & gestu. Heu mihi quia peregrinatio mea; plangata est; habitauī cum habitantibus
tibus cedar; videlicet in tenebris huius mūdi; quia lux lucet in tenebris; & tenebrae eam non cō-
prehenderūt. Ne glorieris quod multos discipulos habeas; filius dei docuit in iudaea; & xii. tū illū
apostoli sequebantur soli. Particular inquit calcavi solus; & de gentibus vir nō est mecum. Ille in pas-
sione solus remansit; & Petri quoque; erga eum trepidauit cōstantia; pharisaeorum autem doctrina
omnis populus applaudebat; dicens; Crucifige crucifige talem; Non habemus regem nisi Caesarē.
id est; vitia sequimur; nō virtutes; Epicurū nō Christū; Iouinianū nō apostolū Paulū. Quod multi
ti ac quiescēt sententiā tuā; indicium voluptatis est; nō enī tam te loquentem; probant; quā suis fauent
vitijs. In circulis platearū quotidiē fictus ariolus stultorum nates verberat & obtorto iusta dentes
mordentiū quatit; nec tū deest qui semper possit induci; & p magna sapientia reputas; si plures
porci post te currant; quos gehēnae succidiae nutrias post praconiū tuū; & balneas quae viros pa-
riter & foeminas lauant; omnis impatientia quae ardentē prius libidine quasi verecūdiae vesti-
bus; pregebat; nudata est & exposita; quae ante in occulto erant; nunc in; ppatulo sunt. Ostendit
siti tales discipulos; nō fecisti; hoc; profecit doctrina tua; ut ne peccatū quidē poenitentia habeat. Vir-
gines tuas; quas prudētissimo cōsilio; quod nemo vnquā legerat; nec audierat de apostolo docuit
siti; melius est nubere quā viri; occultos adulteros in apertos vertunt maritos. Non suavit hoc apo-
stolus; nō electionis vas; Virgilianū consiliū est.
Coniugiu vocat; hoc praetexit nōmine culpam.

Quadringenti ferme anni sunt; quod Christi praedicatio fulget in mūdo; Ex quo innumerabiles
haereses tunicā illius cōsiderūt; vniuersus pene error de Chaldeo & Syro & Graeco sermone p-
cesserat. Falsilides magister luxuriae & turpissimorum complexū post tot annos ita in Iouinianū
quasi in Euphorbū transformatus est; ut latina quoque; lingua haberet haeresem suam. Nulla ne
fuit alia in toto orbe; puincia quae reciperet praconiū voluptatis; in qua coluber tortuosus irre-
peret; nisi in qua Petri doctrina super se petra iudauerat Christus; in qua vexillū crucis & pra-
dicationis auctoritas idolorū templa destruxerat; Fregione luxuria penis; ventris; & gutturis
subuerrere nitit fortitudinē crucis. Vnde per Esaiā loquitur deus; Populus meus qui vos beatifi-
cant; seducit vos; & semitas pedum vestrorū; cōturbant. Nec nō per Hieremiā; Fugite de medio
Babylonis; & seruate vnusquisque; animā suā; & nolite credere pseudo; pphetis; qui dicunt pax
pax; & nō est pax; qui semper ingemināt; templū dñi; templū dñi. Prophete tui viderunt tibi fal-
sitas; & insipientia; nō aperuerūt iniquitatē tuā; ut te ad poenitentia; puocarent; qui deuorant pla-
hem suā ut cibū panis; deū non inuocauerūt. Hieremias captiuitatē nūcians; lapidat a populo.
Ananias filius Acor si agebat ad presens ligneas torques; & in futurū ferreas praeparabat. Sem-
per pseudo; pphetae dulcicia pollicentur; & ad modicum placent; amara est veritas; & qui eam pra-
dicant replent amaritudine. In acinīs enī veritatis & sinceritatis dñi pasca celebrat; & cū amari-
tudinis comedit. Egregia sane vox; & quā audiat sponsa Christi; inter virgines & viduas &